

BALTHASARIS

CLEIN MEDICI, DE CAV-

sis februm in genere, disputatio

secunda Ordinaria

Proposita Lipsiæ ad diem 28. Septemb.

Respondente Doctissimo bonarum

artium Magistro Maximo

Geritz, candidato

Medicinæ.

LIPSIÆ


In officina Typographica

Georgij Hantzsch.

Anno.

M. D. LVI.

+ home Ruch



W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

**Odręczny
spis tytułów**

SD 4122 II

SD 4123 II

SD 4124 II

SD 4125 II

SD 4126 II

SD 4127 II

Inc. 331

SD 4129 II

SD 4130 II

SD 4131 II

SD 4132 II

SD 4133 II

SD 4134 II

SD 4135 II

SD 4136 II

SD 4137 II

SD 4138 II

SD 4139 II

SD 4140 II

SD 4141 II

SD 4142 II

SD 4143 II

SD 4144 II

SD 4145 II

SD 4146 II

SD 4147 II

SD 4148 II

SD 4149 II

SD 4150 II

SD 4151 II

SD 4152 II

SD 4153 II

SD 4154 II

SD 4155 II

SD 4156 II

SD 4157 II

SD 4158 II

SD 4159 II


SD 4160 II

SD 4161 II

SD 4162 II

Inc. 331 b

Rkp. XVI wiek





In hoc libro contenta

- 1 Caxemes p. inera mediana, a de peste, Gab. f. yale p. 17. G.
- 2 Poptaria epigon medica, emde, Antiochia ad 62. L.
- 3 Podagra liden elegiac p. Ed. Hesp. Plogitio, 31. C.
- 4 Febrio dialogis Hottentis, 14 brendin Luthon. A.
- 5 In C. Plinij l. 30 cap. 122. Magia Apologia Tuteny. G.
- 6 Masheoli test de artificiali memoria. A.
- 7 Ars memoriae Ge. Sibitij a pöniala alio. A.
- 8 Vithenta Exorata p. linn Cornarum. ad 45. Encl.
- 9 Nita ac Brachila p. Vity. Exor. aspenanda p. iul. Aug. 8.
- 10 Ad illibet calumnias Fudij, rufio Egenolphi. B.
- 11 Disputa de testam na a mial seminis na D. Roth a.
- 12 Disp. Wensley Baion q. D. Roth. Aet.
- 13 Disp. Hominij Shomay de morte Gori.
- 14 Disputa D. Amichatij de pignemoria. D.
- 15 Disputationes duae D. Rothae p. Dolorandis aliq.
- 16 Disp. D. Amichatij, de 180 Comitah.
- 17 Disp. Casp. Naeij de Phebomina. ad 48.
- 18 Disp. D. Fendij, p. Rerpadhero doctorendo.
- 19 Disp. D. Menicay de catharus, rudente Pehio. ad 49. C.
- 20 Disputa D. Roth cum Pochroffis de Thelamgha alij.
- 21 Allocatio a purgatio Sumat D. Naeij, ad 51. C.
- 22 Disp. de plegione, 1 Hamilleij & Flacij.
- 23 De lotione a balneis D. Amichatij & Masheolis. E.

24. Dissertat. B. Jacobi Tiliichij & Sincero & Nathero.
25. Diss. P. Rell, & Bodrio, Nachholdo.
26. Diss. de causis febrind in græc, V. Clorinj.
27. Diss. P. Svin: Scharbij de Archi T. Bi. nativa.
28. De sang & pituita V. Peembach & 3 Valtore.
29. V. Peembach & dore & Quæst medica (D
31. De calore & spem nativo diss. Mennerij & Steinnich. C.
32. De nino & eius quatuor V. Hoffmann & Scharbij
33. De lute diss. Hufsen & M. Baroth. 34. Esstasis Strack.
35. Elementa Hipp. & Gal. V. Peembach & M. Baroth.
36. Reta moderatj ratio V. Mennerij. C.
37. Cæ & principia certitudinis V. Tiliij Regionioh. C.
38. Dissertat. de peste nativè dinst. Lamm, Faysen.
39. Ougo & ca. petri & Bernhardi Eincedling.
40. Cinc. & Scholentz V. Henning. Steinnich. 41. V. Kontmannij.
42. Von ungeliefen. 43. Vom Meinen ^{bro. off} melf.
44. Facchia & mores mense carum. 45. Caphys V. Pistorij. E.

BALTHASARIS

CLEIN MEDICI, DE CAV-

sis februm in genere, disputatio

secunda Ordinaria

Proposita Lipsiæ ad diem 28. Septemb.

Respondente Doctissimo bonarum

artium Magistro Maximo

Geritz, candidato

Medicinæ,

LIPSIÆ

In officina Typographica

Georgij Hantzsch.

Anno.

M. D. LVI.

+ home Roub

BALTHASAR CLEIN NEVN^s
burgensis artium & medicinæ doctor
candido Lectori .S

Symbiuxi ordinis causa, disputationem de causis februm in genere, superiori, quæ de differentiis à me instituta fuit. Et sane in hac, ut in illa speciei tantum discentium commodum & utilitatem, ideoq; ut clarius omnia traderentur etiam crassius alicubi quædam proponere studiose uolui, & cum meo exemplo nouerim quam sit difficile inueniunt, assequi quæ & subtiliter & non satis perspicue hac de re traduntur ab autoribus & horum interpretibus nonnullis, ut methodum sibi in hac doctrina parare possint, itaq; consulere discentium captui & dubitationes tollere hac ratione conatus sum. Quod si forte quidam in hac disputatione desiderabunt aut reprehendent, quod aut redundet aut desit aliquid, quodq; resecari aut addi oportuerit, id fortassis præter rationem non omnino facere uidebuntur. Fateor enim priores propositiones aliquas & in ultimis quædam, quæ exempli causa additæ sunt, potuisse omitti, & de causis in specie aliquid addendum fuisse. Sed, cum ad scopum (de quo dixi) respiciens ut faciliora omnia sint discentibus, tum prolixiorum (ut quidem fuit uera erat) disputationem studiose cauens, consulto ita feci. Hunc conatum si non omnino indignus laude fuerit, amanter peto, ut benigne amplecti Lector uelis, si minus quod uolui, assecutus uideor saltem pro tua modestia boni ut consulas rogo. Vale.

LIBRARY
In Officina Typographica
50445
Anno
M. D. C. L. V.

MS. A. 6. K. 1249

**Vtrum cum febris calor sit præter naturam
in corde, &c.**

Causas habeat proximas & quidē generales, quæ essen-
tiam illius constituent, calorem innatum, ut materiam
in qua, Efficientem, hanc quidem corporeā, uaporē scilicet
putridum, illam incorpoream uidelicet qualitatem calidam
formam deniq; caliditatem intemperatam seu igneam quæ
lædit actiones, remotas uero humores remotiores, obstru-
ctionem & densationem corporis remotissimas, cibos &
res quasuis externas quæ non naturales dicuntur.

Conclusiones.

I.

Magna est naturalium rerum ad artificiales similitudo
quod utraq; similibus fere causis fiant.

2. Et sicut res artificialis constitui non potest ignora-
tis causis ipsius. Ita nec earum, quæ per naturam fiunt rerū
essentia cognosci potest si causæ per quas fiunt ignorentur.

3. Cum igitur ars plurimum imitetur naturam, fit ut
recte causas abstrusas in natura inuenturi, ab artificialibus
& extrinsecis ordiamur, Aristotelem imitantes.

4. Februm itaq; causas eruturi latentes & abstrusas qui-
dem illas ab externis ordiri oportet, quorum similitudine
utuncq; ueritatem assequi possimus.

5. Et recte sane sic facere uidebimur, cum & Galenus
similitudine externi caloris in diuerso subiecto existentis
differentias seu genera februm constituat ac declaret.

6 Aestuariū igitur calidum ut fiat, tres imprimis (quæ
essentiam constituent) requirit causas, subiectum, efficien-
tem, formam.

7. Subiectū est inclusus loco aer. Efficiēs, calor in quouis subiecto calido existens, ut in fornace. Forma est caliditas inducta per actionem efficientis in subiecto seu aere.

8. Efficientis duo sunt genera, alterū incorporeū est seu nuda qualitas, alterum corporeū seu substantiale quiddam.

9. Efficiens incorporeum seu nuda qualitas, est calor à fornace distributus per continuitatem partium aeris æstuarij, à primis & quidem contiguis fornacis, per medias usq; ad ultimas cōtingentes superficiem continentis loci.

10. Efficiens corporeū, est uapor ex conspersione lapidū ignitorum eleuatus aerī æstuarij permixtus & eundem calefaciens.

11. Calor igitur æstuarij materiā proprie dictā seu ex qua, nullam habet, sicut nec quoduis aliud accidens.

12. At corporea efficiens causa, uapor scilicet, ideo q; is corporeum quiddam seu substantia sit, ex tribus dictis causis constat, materia ex qua, efficiente, forma.

13. Nam materia ex qua uaporis, aqua est, efficiens pro pinqua quidem igneitas ut sic dicam, seu calor lapidum. Remota uero artifex affundens aquam, forma est uaporis natura, id est, halituoſa substantia humida & calida actu.

14. Sicut igitur caliditas æstuarij materiam non habet proprie dictam, sed subiectum tantum in quo recipitur caliditas, ita & febris quæ calor est igneus in corde accensus non habet ullam materiam ex qua (nisi improprie dictā & remotam ualde & quæ efficientis febrim causę potius est materia ex qua) sed subiectum tantum, nempe uitalem spiritum seu calorem innatum.

15. Calor febrilis, seu motu seu calore solis, seu ira aut quacumq; simili de causa, excitatus in corde, similis est calor balnei, seu æstuarij à fornace causato. Atq; ipſius efficiens causa incorporea est, nempe qualitas solum calida multiplicata à primū calefacta parte in reliquas ob cōtinitatem usq; ad cor

cor, ibi spiritus vitalis seu calor innatus, tanquā proprium subiectum recipit illam formam seu caliditatem.

16. Hinc etiam manifestum est, quomodo calor naturalis & febrilis non sint duo, sed unus calor.

17. Calor febrilis ē putredine accensus in corde similis est calori balnei ex uapore causato, estq; illius efficientis immediata & propinqua causa corporea, uapor scilicet calidus.

18. Nā sicut hic sese miscet uapor cum aere balnei eundem calefaciens, ita & uapor putridus resolutus à materia putrescente, eleuatur per uenas & arterias ad cor ascendens, mixtus ibi cum calore naturali seu spiritibus, calorem naturalem intendit, & extra temperiem in alienam transmutat caliditatem.

19. Sunt igitur humores uel quæuis res in corpore putrescens (ut contingit nonnunq; in hecticis partem aliq; putrescere, sicut pulmonem in phthisi) nō materia ex qua febris ipsius, sed putridi potius uaporis seu causæ febrim immediate efficientis.

20. Atq; sic dicuntur humores causa materialis febris non per se nec proprie (est enim materia ex qua immediate consurgit effectus, pars essentialis effectæ rei permanens) nisi ualde remota. Sunt n. (ut dictum est) efficientis causæ, materia.

21. In Ephemeris igitur simplicissimis febribus & nonnullis hecticis, causæ quæ essentiā ipsarū constituunt, sunt calor innatus ut subiectum proprium, siue materia in qua efficiens, caliditas alterans illum calorem innatum, forma, conuersio ipsius in igneum.

22. In putridis autem febribus tam hecticis quam humoralibus (Sicut in alterius rei generatione, causæ aliæ sunt propinquæ aliæ remotæ) causarum præsertim efficientium, est ordo quidam.

23. Efficiens enim proxima causa putridæ febris est

A 3

uapor

vapor putridus, huius materia humor, uel alia res in corpore putrescens.

24. Efficiens putredinis causa, calor alienus & innaturalis, euocans calorem naturalem humorum & putrefaciens

25. Huius alieni caloris efficiens causa, est obstructio seu pororum clausio quælibet, uel prohibita transpiratio.

26. Prohibita transpirationis causa nonnunquam sola efficiens est, Atq; hæc quidē uel incorporea ut frigus ambientis, aut per quilibet alia externā causam, ut per terrorem causatum: Vel corporea, ut balneum aluminosum aut simile & iuxta has causas singulas densatur cutis & contrahuntur pori cutis & prohibetur transpiratio calidi.

27. Nonnunquam materia tantum nempe uel multitudo uel qualitas humorum aut sordes.

28. Multitudinis causa materialis est ciborum boni succi frequens comestio ut oua tremula, caro quadrupedum præsertim castratorum ut ueruecum, gallinarū, caponum & similitum, uini usus optimi, lac recens multū ex animalibus integræ ualitudinis, pisces omnes, præter eos qui in paludibus & stagnis & limosis fluminibus degunt.

29. Efficiens multitudinis causa proxima temperamentum corporis *ἐννεατόν*.

30. Remota moderatum exercitium somnus & reliqua omnia moderato usu adhibita, corporis densus habitus, ætas iuuenilis, tempus uernum.

31. Qualitatis humorum, uidelicet crassitie materia sunt cibi & potus pituitam generantes, & atrum succū, lentoris uero humorum, cibi & potus, quæ pituitam generant, Vt sunt dactyli uirides, rapa liberalius comesta, cancri, pisces molles, ac nimis duram habentes carnem, & lentam, ut anguilla, cochleg, carpiones, acidū lac, caseus uetus, lupini, panes sub cinere cocti, nec tamen rite confecti, placēt & quicquid ex triticia farina sine fermento conficitur, lentes fabæ
carnes

carnes ceruinæ, bubulæ, leporinæ, porcina, anserinæ, anatis, fumo exiccata & sale cōdita, iecur, renes, cerebrum, spinalis medulla, glandulæ, lac nimis coctum, pultes ex lacte præsertim si triticum fractum simul in eo assumitur, oua dura & magis quæ assata sunt, & his amplius in sartagine, castaneæ, glandes, bulbi, fungi, tubera, nuces pineæ, ficus non bene maturæ, auena fracta & cruda comesta, sicut omne granum crudum cucumeres, pepones uberius sumpti, uinum dulce, mustum, crassa & nigra uina hæc omnia & quædam alia crassum succum generant.

32. Lentum succum gignunt quædam ex modo nominatis, sed præcipue animalium uentriculi, intestina, uteri, panes in sartagine cocti, triticus panis non bene fermentatus & coctus, præsertim si ex tritico quod graue, densum, & intus flauescens est, quod uero leue, rarum, & candidum intus est, minus uiscidum succum generat, item tendines musculorum, extremitates nerveæ, partes ad labra, lingua, suilla caro, agnina, dactyli pingues, pisces saliti & exiccati.

33. Efficiens causa qualitatis istius humorum in genere quidem calor debilior (itaque laboratorum corpora raro ex his cibis in obstructions aut febres incidunt, quod calor ipsorum fortis concoquat atque extenuet) deinde quies, multitudo balnearum aquæ dulcis, somnus à cibo, Item causæ quælibet quæ cum caliditate siccitatem quoque inducunt immodicam, sicut exercitatio corporis nimia, Vigilia, tristitia & similes.

34. Sordium uero causa efficiens calor maior, generans multum crassorum uaporum: materia, crassus & terrestris uapor, causa per accidens sordium, diu non lauisse.

Problema

Problema.

**An, cum initio accessions in quibusdam febris
bus intermittentibus, extremæ partes frigeant, in qui
busdam vix momentanea annotatio, cum leui yn=
guum decoloratione fiat.**

**Locus putredinis in illis febribus potius sint
venæ ventriculi quam habitus corporis, in his vero
venæ capillares musculorum, & cutis, non vt Galenus
vult, caro aut solidarum partium substantia, idque ob
eam causam, quod ubi putredo ibi calor.**



